

An Juvenis sit idoneus Auditor Ethi-  
ces? D.  
• veri Ethici pugna sit cum vero  
theologico? N.

642  
*Ad*  
**NOBILISSIMUM**  
**R E S P O N D E N T E M**  
*Ethice disputantem.*

**S**  
At.  
*Maxima*  
*Et gen.*  
**Quæ mih.**  
*Et gent.*  
  
magnus magno de stemmate  
natus,  
quem super Astralocat.  
iunctis ordine palmis,  
obilitare solent.  
bo, sententia, dicam:  
e super Astra vehunt.

PRÆSES.

I. S.



Disquisitio Publica

# HISTORICO-THEO- LOGICA

Quæ  
**HODIERNAM**  
**ROMANAM**  
**ECCLESIAM**

16. 625  
f. -

Occasione illius

**CHRISTOPHORI MAGNI**

*nec non*

**CORONÆ B. VIRGINIS MARIAE**  
horrendæ Idololatriæ convincit.

quam

*Bonorum & Malorum non occulto, sed aperto*  
*examini submittit.*

**JOHANNES KUZERA**  
p. t. Gymnasij Rosenberg: Director.

*RESPONDENTE*

Georgio Vaida Lőveiensi Hungaro. Die 4. Jun:  
Horis promeridianis & pomeridianis.

---

**LEUTSCHOVIAE,**  
*Typis Laurentij Breveri. Anno C. 1643.*

*Ara Observantiae erecta*

Spectabilibus ac Magnificis Dnis Dnis

- Dn. NICOLAO<sup>OSTROZITH</sup>, de Gillntnicz,  
 Dn. PAVLO<sup>Hereditarijs Dominis in Illawa</sup>  
 Dn. MATTHIAE<sup>& Lypto Vywar.</sup>

*Nec non*

Admodum Generosis & Nobilissimis Dominis,

- Dn. STEPHANO SOOS, de Polthar hæreditario in  
 Garamszek, &c. Equiti Aurato.

- Dn. PETRO SMRECANI, de & in eadem Praefecto  
 bonorum J. Comitis Dn. Casparis Illieshazi  
 Arcis Lykawa, &c.

- Dn. JOHANNI BAAN, de & in Nadas Falwa Jurato  
 Assessori Comitatū Lyptoviensis.

**I**tteris, genere & virtute *Magnis*, non *magna*, sed *parva*, Fautores Musarum demissa animi observantia colendi, fero, legens vestigia *Rusticelli illius Persici*, qui *Magno Regi Artaxerxi parvam aqua volum* obtulit. Pervelim & ego hoc chartaceum manus, quod *Vestra usurpat nomina non quantitate molis, sed qualitate ani*pensitati, *Majores me majora* ferant non invidebo, cum sciam & agnos delectari *parvis*. Perscrip: Rosenbergae Dominicæ Exau-  
*i. Anno C. Cl. DC. XLIII.*

*U. U. M. M.*

*& N. N. D. D.*

Observantissimus

Johannes Kuzera.

Prolo-



## PROLOQVIVM.



Adrianus ille Jungius homo vio-  
 lentus plagam non levem nobis  
 propinavit (a) scribens; *Evangel-*  
(a) In sym-  
*cos dogmata Manicha, Heluidiana, Jo-*  
Psi nos.  
*viana, vigilantiana, adversus Deiparam, adversus SS.*  
332.  
*& Angelos, deniq; adversus SS. omnes spargere.* Ego Ha-  
 drianum proruptæ quidem audaciæ, sed tamen  
 levioris armaturæ buccinatore falsè vel insul-  
 sè potius nobis insultantē non moror, sed ma-  
 gis miror *Alphonsum Salmeronem*, unum è X pri-  
 mis Societatis Jesu Patribus eò insolentiæ pro-  
 lapsum, ut (b) nos vocare audeat *Hagiomastigas*, quasi  
(b) Diff.  
*more Gigantium Cælicolis bellum indixerimus.* Bellarmi-  
1. Tom.  
2. Tom. 15.  
 nus (c) minas & arma ostentat Protestantibus,  
P. 456.  
*docens eos evomere in omnes Cælites horribiles blasphemias.* Viden' isthæc dura Patrum illiarum audin'  
(c) in Pro-  
Ecc. Tri-  
umpf.  
 fastidiosam eorum indolem? Vah, ut se ven-  
 tosi Jesuitæ tanquam utres inflant! magna,  
*me Christe, effata: gaudeo herculè quod nō vera!*  
 verba quippe projecta in *larvas & Bestias Sanctorū*, non quadrant in verè Sanctos, nec q̄ Sanctos  
 peccati arguit, eos protinus contēnit: nec ne-  
 gatio

gatio prærogative in iustitia passiva, tollit prærogative justicie activæ. Ad hoc confirmandum, te Bellarmine (a) advocatum deposcimus. Cum dicunt Protestantes omnes Sanctos & que justos esse coram Deo, loquuntur de iustitia imputativa. Optime! Nihil nos optamus amplius. Ut tamen congregiamur cominùs circa hanc BB. Cœlitum materiem alio spectantia non tangemus, cœteris omnibus neglectis.

- [I] *Terminos.* hic occurrentes explicabimus.
- [II] *Statum controversiæ formabimus.*
- [III] *Christophorum Magnum* nunquam fuisse in rerum natura docebimus.
- [IV] Occasione hujus de *Christophoro Magno fabulae*, nec non *corone Beatae Mariæ semper Virginis Ecclesiam Pontificiam horrendæ Idololatriæ convincemus.*
- [V] *Kerçoyeta Jesuitarum* quibus foeditatem in cultu Sanctorum conspicuam tegere solent, removebimus.
- [VI] *Argumenta cultum Sanctorum suadentia more Theologicæ disoluemus.*  
*Domine Deus da ut religiosa plantemus, & superstitione extirpemus. Fiat! ô Fiat!*

M E M-



## MEMBRVM I.

### THESES I.



Xirahentes ex hybernaculis copias quibus identidem controversemur fugientesq; falsos Jesu Socios retrahamus, ab explicatione Terminorum ordiemur: ita fiet, ut eò rectius Orthodoxya confirmari, & Xetherodoxia infirmari possit. A verbis enim ad sensum, à sensu ad rationem, à ratione ad veritatem accedi, prudenter olim B. Hilarius (a) IV. seculo monuit. (a) Lib. 5 d. Trinit.

### II.

Ocurrunt autem in cultu Sanctorum Termini (I) Latini (II) Greci (III) Ebraici.

### III.

Latini Termini sunt: *Sancti, Canonizatio, Invocatio, &c.*

### IV.

*Sancti Nominaclatio sumitur vel Generaliter pro toto visibili Ecclesiæ cœtu. Rom: 1. v. 7. vel Specialiter, idq; vel pro Sancto Sanctificante qui vocatur Sanctissimus, & hæc appellatio soli Deo convenit Esaia 6. v. 24; vel pro Sancto Sanctificato, qui est Sanctus partim Inchoativè Luca 1. v. 75. partim Imputativè 1. Cor: 1. v. 30. partim Consumativè 1. Cor: 13. v. 1. dictione C. 1602. lomenfis. Quod solum de Sanctis mortuis verum est priora duo de vivis. Sancti enim in Scriptura dicuntur non tantum pie defuncti Matth: 27. v. 53 sed etiam vivi Psal: 16. v. 3. In mensa ergo errant Pontificij, qui solos mortuos appellant Sanctos, excepto Pontifice Sanctissimo (a) qui tamen Costero fatente (b) Idola colere potest.* (a) Nemine dum 616. audemus Socare. (b) East ridg c. 31

A 3

V. Cano-

*Membris  
I. Terminos explicat.*

## V.

*(c) l. 1. de  
Bellarmine  
Sancto.  
sum c. 7.  
(d) c. 8.  
(e) l. 3. de  
Ecclesiast. Bellarmino (c)]* testimonium de vera Sanctitate & gloria alij cuius  
hominis defuncti [non vivi] E. laudes vivorum non est, Canonizatio] institutum, ut ab omnibus publicè dicantur Sancti, &  
in Ecclesia precibus invocentur. Nos gaudemus quia nomina nostra scripta sunt in Cælis Luce 10. v. 20, non in Pape Calendario.

## VI.

PROTESTAMUR tamen nos verè Sanctorum memoriam in Ecclesia conservare, eos laudare, honorare, immitari, inq; Canone Scripturæ [non Pape] à Solo Christo Summo Pontifice, & quidem (1) Merito Heb: 10. v. 14. (2) Eleccióne, Eph: 1. v. 4. (3) Fide, Joh: 1. v. 12. Libro vitæ. Apoc: 21. v. 27. Inscribi. Sed quid hæc ad Canonizationē Papalem? Tundat Papa cum Universo Cardinaliū choro hanc incudem quantum potest, citius tamen è pumice, quam ex ea unam pro Canonizatione liquida consequentia guttulam expresserit.

## VII.

*(a) Ceremo-  
nium Ro-  
man: l. 1. c.  
2.  
(b) l. 1. de  
Bellarmine (b)* testis primus Pontifex qui Sanctos Canonizasse legitur fuit Leo III. At hic vixit tempore Caroli M. circa A. C. 800. Quæ est hæc antiquitas? In religione puerilis.

## VIII.

INVOCATIO specialissimè accepta cultum nominis Divini exprimit, quando mente, voluntate & voce solius Dei omnipotentis gratiam & auxilium in omnibus necessitatibus

cum

cum singulari fiducia propter Christum Mediatorem imploramus. Psal. 4. v. 1. Psal. 31. v. 18.

## IX.

**V**T autem Latinis teste B. Augustino, (c) agnoscente etiam Bellarmino (d) nullum est vocabulum [addo, sine enoda- civitatem] quod dicitur solum de cultu Divino; ita Græci nullum habent terminum, quo non cum cultus Officiorum Religiosus notetur.

## X.

**T**RIA Græci habent præcipua cultus verba (1) δελέειν quod indifferenter tam de cultu Divino Actio. 20. v. 19. quam Humano ad Gal. 5. v. 13. usurpat. Breviter; in utroq; Testamento δελέα & δελέειν Tricies novies pro Dei cultu sumuntur. (2) Αρπέειν quod in N. T. decies novies Deo tribuitur, adeoq; λατρέα in codice Biblico de Deo e iusq; cultu tantum tricies usurpata legitur. (3) Προσκυνεῖν quod ita de cultu Dei usurpatum legitur Joh. 4. v. 22. Ut etiam adorationem, Civilem, eamq; Ironice exhibitat notet Marci 15. v. 19. In modo cultum bestie & ejus imaginis Apoc. 14. v. 11. Draconis c. 13. v. 4. 8. 12. 15. hoc nomine significari exerceptates.

## XI.

**I**N Schola Hebraeorum suffragante Bellarmino (a) non habetur radix, qua cultus Religiosus propriè designetur. Trias (b) in 12. Beatus SS. itidem Hebrei habent Invocationis verba quæ Latine sic reddi possunt (1) Honoravit Prov. 3. v. 9. (2) Servivit Deu. 28. v. 47. (3) Incurvavit se Psal. 96. v. 9. Nemo non videt hic omnia esse communia in differenter cultum religiosum & Civilem singnificantia. Hinc Græci postremum verbum, Incurvavit se, ut plurimum [quemadmodum subtiliter animadversum est à D. Calixto, (b) & D. Clotz (c)] Εκκυνεῖν vertit: vulgatus per Adorate, Tremellius per incurvari Evangelicorum sermonum redditere.

cordia p. 112. (c) In Angelo Lasria Diff: 2. Thesis 16.

MEM-

## XII.

VISA jam Terminorum viâ inquiremus in plenum questionis Circulum, imitaturi Tertullianum, qui cum in aciem Disputationis prodiret, solebat summam questionis, certis lineis determinare, ne extra rem vagari liceret.

## XIII.

(a) Salme-  
ro Diff: 10.  
in Epist: ad  
Rom: T. 13.  
p. 304.  
(b) Bell. L. 1.  
de Beat: ss.  
c. 19.  
(c) Bell: L. 1.  
de Beat: ss.  
c. 20.  
(d) Concil: Trid: Sess: 25.  
suppetias ferant (n) non tantum ut intercessores & qui-  
dem immediati (o) ac ita indubij, ut Deus votis nostris  
non annuat neq; exorabilem se p̄beat, si vel maxime  
Christus intercedat, quando sancti non intercedunt; (p)  
(f) Vires sed etiam ut opitulatores & auxiliatores (q) à peccatis Re-  
Milefus in refus: 600.  
demptores (r) ab æternâ damnatione liberatores, (s) ut  
errorū Hes: non omnia omnes (t) sed diversi diversa, & quidem rursus  
h. 495. distinguis in locis imperent & conferant beneficia. (u) Con-  
(g) Bell. L. 1.  
de SS Beat: ter parump per Marialia, Rosaria, Cursus horarios, Antidotaria,  
c. 19. Breviaria, Litanias & lectio protinus extupescet. Cui  
(h) Concil: bono hec sic querendo aliquantò prolixius disputationis, facilis est  
Trid: Sess: 25. quam hic tacemus conjectatio.

(i) Bell. L. 1.  
de SS Beat: Bell. L. 3. de Mili Eccl. c. 5. assertis non esse exiguae autoritatis] ex decreto Con-  
cilij Trid: & Iussu Py. V. Pontificis editus [quod hunc in modum à pontificia au-  
toritate prodit, id Gregorius de Valencia Analyseos fides Catholicae. 8. c. 2. &  
(j) Cate- ekclsiastico Ro- 10. infallibiliter prodire prohibet] c. 6. q. 3. p. 61 a. (l) Psalterium Mariae,  
ma. us [que Psal: 30. (m) Bell. L. 1. de SS. Beat: c. 20. (n) Bell. ibidem. (o) Sebastianus  
Bell: Barradino Tom: 1. Comm: Evangel. p. 328. (p) Ecclio in Enchiridio de Ven-  
tione.

sione. (q) Concil: Trid: Sess: 25. (r) Mariale argentinum l. 1. c. 3. editum ad  
1493. (s) Barradino T. 1. comm: Evangel. p. 328. (t) Biel: Lectio 32. in Can.  
Missa. (u) Drexelius Trismegisti Christiani, Coferus Enchiridij, p. 670.

## MEMBRVM III.

Mem-  
brum III.

## XIV.

HACarce defensionis paratā, nunc aliud facinus truti-  
nabimus, quo monstra Romanae Ecclesiae feracissima  
toto robore abigamus. *Largahic ferarum & histriorum se-  
ges.* Ideoq; non vulgaribus macheris, sed pugione hic opus est,  
qui Michaeli Archangelo excidit, quando cum Diabolo, pro corpo-  
re Moysis digladiatus est, *Tuda v. 9.* Pugno interim utar, eo-  
rumq; commenta non applausu, sed nunc *Democriti risu,*  
nunc *Heraclitii fletu* excipiāns.

## XV.

MElchior Canus Canariensis Episcopus (a) conqueritur L. Theolo-  
Laertium rectius <sup>11. c. 6. p.</sup> *vitas Philosophorum, Svetonium Vitas & eorum l.*  
*Imperatorum, quam Catholicos vitas Martyrum, Virginum &* <sup>533. in</sup> *confessorum descriptisse.* Illi enim *Philosophorum & Princi-* <sup>Trid. Theo-</sup>  
*pum virtus non tacent, nec virtutes tribuant; hiverò affectibus logus cele-  
indulgent, multa configunt, quorum me [Canus ait] non solum berrimus,* <sup>logus cele-</sup>  
*pudet sed etiam teder.* Recte! Et quem quæso non distæ- <sup>quo nemo</sup>  
deret istatum nætiarum, quas otiosi ventres tumultuaria <sup>Sacras li-</sup>  
ter pluriūm congeserunt opera. Solem aciemq; hæc <sup>plu-</sup>  
monstra nunquam sustinebunt.

## XVI.

Bim⁹ per exemplum & ex spacio confitorum Sancto-  
rum campo & vocabimus Maximum quem dicunt Christo-  
phorum, nihil veriti molem ejus Giganteam. Ubi nobis  
non est animi giganteæ proli bellum indicere, à cuius pat-  
ribus *Sacra Numer: 13. v. 34. Ecclesiastica & profana stant pa-*  
*gina.* B. Augustinus (a) scribit se vidisse in littore Uticen- <sup>(c) 115. do-</sup>  
*si Molarem dentem adeo magnum ut dissectus ad magnitudinem* <sup>Civitate</sup>  
*visitatorum nostra astate dentium centuplo major facile judicari po-*  
<sup>Des c. 3.</sup>

tuerit, ubi etiam talia fuisse per multa hominum corpora è Virgilij L. 12. Æneg: v. 54. à fine, demonstrat inducendo Turnum qui è terra saxum adè ingens sustulit & in Æcam vibravit, ut:

Vix illud lecti bis sex cervice subirent  
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

## XVII.

Demitte te non nihil, si placet, in amanissimum Geogra-  
(b) de Ingo- phie viridarium & in Insula Chili apud Atlantem Majo-  
catione Sā- rem Cluverium & Merulam, saluta Gigantes. Hisce quan-  
Borum p. 113. ta vis inhæreat expertus est Beccanus (b) scribens: multos hoc  
tempore esse Gigantes.

(c) l. 5 cap.

(d) Centu- SED ne ad aliena delebamus tractanda juvat tractare.  
ria 3. c. 12. Non queritur (1) de Christophoro Martyre sub Decio passo,

P 302. cuius meminerunt Nicophorus (c) Magdeburgenses. (d) Neq;  
(2) de alio quocunq; hujus nominis, qui Christum tulit vel cor-

(c) Erasmo- collquo de pore per decentem castigationem, vel mente per devotio-  
nem, vel ore per confessionem. Sed (3) de eo queritur,  
E p. regri- an unquam in terum natura fuerit [1] Qui Lutetie [& pa-  
maratione re- sim] in Cathedrali Templo non hamaxieus, aut colossus, sed  
ligione ergo

(c) In Com: monti justò par spectandus proponitur (a) [2] Cujus dens  
L. 15. c. 9. pugno major in Hispania ostentabatur Ludovicorū. (b) [3]

de Cicitate Qui gallus pro pueris gallina pro puellis superstitione offer-

(c) parere tur agnoscente Johanne Geroni Cancellario Parisiensi (c) [4]

de directio- Qui adhuc hodie pià sorte assignatur adoratoribus in pa-  
ne cordis co- tronum (d) [5] Cujus Patrocinium [ut qui Christum hu-  
fidarasse meritis portare meruisset] ab Anglis (c). & Germanis (f) ad-

(c) Drexelius de en- hibitum est ad Deum, quo ipsius meritis & precibus ab omni-  
t. calatum languore corporis & anime preservetur, ab omnibus malis ini-  
(c) Hortu- micorum visibilium & invisibilium liberentur, atq; ad gaudia  
bus anima- Parafisiā aeterna perducantur? (g)

Missale Salisbergense Missa de Christophoro. (f) Ex Rosario B. Virg: M. in u-  
15. 9 f. 96. sum Eccl. Holdeskemersis. (g) Hora lucis Animæ Lugdunensis. p. 118.

XIX. Ad

## XIX.

AD hoc insane proceritatis monstrum confodiendum non  
resumemus Claram Hereditis, sed opponemus tantum  
quoddam telum è manibus Bellarmini & Barony extortum,  
quod contra famosam illam meretricem Johannam Papis-  
sam VIII. magno molimine vibrant hoc modo: Quicquid  
nullius veteris, fidelis, probati & authenticí historici testi-  
monio confirmari potest, fabulosum est. Jam subsumo: Hi-  
storia Christophori Magni nullius veteris, fidelis, probati &  
authenticí historici testimonio confirmari potest. E. Hi-  
storia Christophori M. est fabulosa.

## XX.

REcolamus tempora Christophori M. quæ juxta Baronium  
incident in A.C. 254. & inquiramus in unum aliquem  
idoneum hujus seculi testem. Quid? Estne authenticus  
testis, qui rem enarrat multis ante se gestam seculis? Sed  
ut liberalitatem Lutherorum experiantur Jesuitæ, non ut-  
gebimus eos seculo Christophori, cum Baronius A.C. 254. N.  
22. desperabundus fateatur memoriam Martyrum sub Decio pas-  
sorum literis consignatam majori ex parte Diocletiani incendio de-  
perisse.

## XXI.

AGedute verò faxis producatur aliquis Historicus, aut alias  
aliias longum. Illustrissimus Caesar Baronius in historiarum  
monumentis pervolvendis versatissimus, disertus ille se-  
cundum elogium Drexely (a) Divorum Encomista, qui res  
gestas Sanctorum ex omni Antiquitatis memoria collegit,  
certaq; ab incertis distinxit, [ut habeat Prefatio Martyrology  
Romani] postquam ad faciendam Christophori M. fidem pro-  
duxisset Historicos Antiquos [quorum tamen nemo vel I. vel  
II. vel III. Christophori M. floruit seculo] & Recentiores  
[qui heri aut nudius tertius denati] ingenuè agnovit. Etas  
cultu Calis.  
tump. 181

B 2

Christ-

*Christophori depravata, ac inter se admodum diversa reperiri, in tantum ut illa ipsa Acta in antiquissimis codicibus lecta indigent censura. Quam acute rem, ut ajunt, acu!*

*Tantæ Christophorum, condere moliserat!*

## XXII.

*Profecto Cesar Baronius Cardinalis & Bibliothecarius Apostolicus* (a) totam causam Christophori patrocinio infelici penitus reddidit luxatam, quando pro Rege Dagno Imperatorem Decium cautè substituit. Habet quod succenseat nostræ tarditari. Meretur tamen Lutherana simplicitas veniam, quæ ut à recto Sacratum pandectarum tramite defleccere non novit, ita nec ultra Canæ Antiquitatis codices, aut Majorum sinceras institutiones sapere didicit.

## XXIII.

*F*Dicás velim quam tandem splendidis è premissis elicies illustrissime Baroni conclusionem? Turgidis premissis Minorem in hæc verba desinenter: *Quod pertinet ad Giganteam staturam, palmam, peram, lucernam quibus pingi consuevit, quod dicam non habeo.* (a) Bone Baroni non habes? Ha-

(a) Baroni-  
mo in Mar.  
bet Jacobus de Voragine (b) Archipiscopus Januensis, quod di-  
mano die  
25. Julij. cat & quidem largiter. Quid tibi videtur Baroni, de hoc  
(b) Aurora Jacobo? Est iste Archiepiscopus mihi plusquam hyrcanus, ti-  
Legende. bi [ut constat ex tuo Martyrologio Romano die 23. Aprilis] adeò  
25. Satyricus, ut absque aliqua majorum autoritate, ea ad historiam re-  
ferat, quæ Symboli potius quam Historia alicujus expressam habent  
imaginem.

## XXIV.

(c) de ss. *Si Baronius, Beccarius, Villavincensius, Vida vidissent Christo-  
phori M. dentem pugno majorem Ludovico Vivi ostentatum,*  
ne p. 112.  
(c) L. 3. de nec Baronius Symbolicæ imagini assutrexisset; nec Beccarius  
Ratione su (c) de gigantea Christophori quantitate dubitasset: nec Villa-  
dy Theologi-  
vincentius (a) picturam Christophori pro Emblemate Hiro-  
es c. 1. p. 384. *glyphico à veteribus studiosè excogitato, ad adumbrandum*  
Evan-

*Evangelij præconem, habuisset: nec h. synodus ille Vida Episcopus* (b) *ea omnia quæ de Christophori palma, pera, sta-  
tura procera, flumine, lucerna feruntur allegorice exposu-  
isset.*

## XXV.

*N*unc arguam: *Dens allegoricus inter reliquias nec afferva-  
tur nec ostentatur. Dens Christophori M. pugno major [ ne-  
scio an sit, incisorius vel caninus vel molaris: Vives enim  
dum fuisset in vivis non significavit ] affervatur & ostenta-  
tur. Vide Thesin 18. E. Dens Christophori M. non fuit allego-  
ricus. Rursus: Cui dentes erant Symbolici & allegorici, ille sub  
Decio capitis obtruncatione Martyrium non complevit. At Ciri-  
stophoro M. dentes erant Symbolici & allegorici. E. Christo-  
phorus M. sub Decio capitis obtruncatione Martyrium non comple-  
vit. Tanta scilicet hic sunt commenta, ut illorum recita-  
tio sit confutatio. Digna monstra nunc huc nunc illuc ru-  
entia expiandæ religionis ergo, in ignotas Insulas deporta-  
ri, aut Marinis fluctibus submergi!*

## XXVI.

*R*Ectè Georgius Cassander [ qui judicio invictissimi Impera- (b) Epistola  
toris Ferdinandi I (b) fuit vir eximiæ eruditionis singu- ad Cassan-  
laris pietatis inq; sacris literis valde benè versatus] in Con- diu & ar-  
sultatione Articuli 21. p. 142. Sribit: *In historijs sanctorum* *Archiepiscopū Treverensem*  
Tredirensē *quosdam commemorati, qui an unquam fuerint, merito* p. 13. 14.  
dubitatur..

## MEMBRVM IV.

## XXVII.

*NON* quorumvis confectorum Sanctorum, sed saltim, *Christophorianæ pistrina* *Saxum volutavimus, veriti, ne* *convincit.*  
coeteræ hujus furfuris fabellæ palato Papistico velut op-  
para bellaria nimia oblectatione nauseam concitassent.  
Nunc ne quid Romana Ecclesia detrimenti patiatur cala-

mium temperabimus ostensuri duntaxat occasione Christophori  
M. & Corone B. Mariae quam fodè Romana lupa in Idolorum  
complexibus jaceant. Sit formula: Qui Idolum invocat  
horrendam Idololatriam committit. Qui Christophorum  
M. invocat, Idolum invocat. E. Qui Christophorum  
M. invocat horrendam Idololatriam committit.

### XXVIII.

(a) Roma-  
25. Orige-  
nes comm:  
propterea  
praecepit  
per  
Idololatria erit colere non-Ens præter creatorem.  
  
(a) nihil aliud est quam cœlestes deitatem quæcumque  
naturæ & servire creatura præter Creatorem. Colligo:  
S. Idololatria est colere Creaturam præter Creatorem. E. Major  
exponit per Idololatria erit colere non-Ens præter creatorem.  
  
(a) nihil aliud est quam cœlestes deitatem quæcumque  
naturæ & servire creatura præter Creatorem. Colligo:  
S. Idololatria est colere Creaturam præter Creatorem. E. Major  
exponit per Idololatria erit colere non-Ens præter creatorem.

### XXIX.

(b) Bell. 1.2  
de Reliquis  
SS. c. 5.  
Imor probatur. Imagorei non existentis est idolum. (b)  
Imago Christophori M. est imago rei non existentis,  
quod per totum membrum III. plenissimè manifestavimus. E. I-  
mago Christophori M. est idolum. E. Colere eum qui nec  
fuit, nec est, idololatriæ est.

### XXX.

(a) L. 2. A.  
Scripturam (a) do (b) innuere aliquam licitam Idololatriam.  
dolorum c. 7.  
(b) L. Per: Satan, increpet te Dominus. (c) Ego argumentor. Omnis I-  
dolorum cultus est illicitus. (d) Omnis Idololatria est Ido-  
lorum cultus. [Idololatria enim dicitur quasi rœvæ ad hanc naturæ]  
(c) Jude  
E. Omnis Idololatria est illicita. Epist. ton Petrum non  
distinguit Idololatriam illicitam illicita, sed eam quæ solum illi-  
cita est fortius per amplificationem exagitat. Eodem acumi-  
ne Valentiano colligerem quædam peccata esse pia, quia dantur pec-  
(d) Gal. 5. 20  
catores impy qui patrani impia peccata Jude v. 15. Cicero (e) in  
Orat. 2. in Catilinæ stupra. E. ne concedit quædam,  
stupra esse Sancta? Mirabilis hæc est Logica!

### XXXI.

Cœterum singularem meretur observationem religio  
illa:

Quæ filo insertis numerat sua murmura baccis. (f) Dominicus (f) Manu  
Atavus Dominicanorum primum commentus est Maria  
Rosarium ab Alanode Rupe Dominicanæ sub Pontificatu Sixti  
IV. Circa A. C. 1400. repetitum, in quo quinquagies Ave Ma-  
ria recitatur, & singulis Decadibus unum Pater noster inter-  
seritur. Ex tergeminato autem Rosario conficitur unum  
S. Mariae Psalterium, quod efficit numerum centesimum &  
quinquagesimum respondentem numero Psalmorum Da-  
vidicorum. E. Rosarium, continet quinquaginta Ave Ma-  
rias & quinq. Patres nostros. In Psalterio vero Mariae centies  
quinquagies Ave Maria & quindecies Pater noster repetitur  
ut Monachi rudes ignaræq; vestales tanquam picæ loquaces:  
Barbottent Patres nostros, & xæqe Marias.

### XXXII.

QUO vanæ intentionis multiloquio excedunt & Ovidij (g) L. 2. Me-  
(a) Battum qui futiliter:

sub illis  
(b) Hec  
Montibus inquit erant, & erant sub montibus illis, & Te-  
rentij (b) Vetulam, quam Chremes monuit ne suo ex ingenio  
Deos judicet, ut nihil credas intelligere, nisi si idem dictum  
est centies.

### XXXIII.

PRæterea Jesuita Costerius (c) asserit, eos qui in sodalito  
Virginis Mariæ vivunt, qualibet hebdomada Rosarium  
Mariæ ter sive Psalterium virginis semel h.e. centies & quin-  
quagies ex prescripto devotionis recitare. Unde sequitur  
quemvis sodalium quotannis in S. Mariam esse 7800 in-  
jurium. Argumentor. Quibus Papistæ gaudium & pacem  
precantur, illi nondum gaudio æternæ Beatitatis fruun-  
tutur. At S. Mariæ dicendo: Ave Maria, gaudium & pacem  
precan-

precantur. E. S. Maria nondum gaudio æternæ beatitatis fruitur. Major est Cardinalis Bellarmini. (d)

#### XXXIV.

**M**inorem confirmat (1) Syriacum salutare Mariam, quod respondet Ebræorum salutationi, pax tibi, (2) Græcum χαρακτηρ gaude (3) Latinum ave, quod subtilissimus seculiger exponit per vive. Quid? Ave secundum Maldonatum Jesuitam (a) est timoris depulsio. Confer ave Iudei (b) March: (c) Judeorum (d) Christi ave te. (e) Ergo Gabriel Archangelus salutando Mariam oravit pro pace, gaudio & vita. (f) Marci Marci. (g) Marth: 38. 6. 9.

#### XXXV.

**H**ÆC formula salutationis Angelicæ non est per omnia inspirationis Divinæ. Continet enim [1] verba Gabrielis (e) Enca 1. (f) [2] Elisabeta (g) [3] Gnaphaï Heretici in V. Synodo uni versali damnati, qui primus in Ecclesiam Græcam circa A. C. 470. introduxit illud: S. Maria Mater Dei ora pro nobis nunc & in hora mortis nostræ.

#### XXXVI.

**S**thanc S. Mariæ injuriam augere solent Papicola formulæ absolutionis: Passio Domini nostri Jesu, nec non meritum Beatisima Virginis Mariae, Petri, Pauli & omnium Sanctorum, sunt tibi in remissionem peccatorum. Sit argumentum: Vera hominum humilitas, ignorat propria merita. Humilitas Mariæ Petri, Pauli & omnium verè Sanctorum erat vera hominum humilitas. E. Humilitas Mariæ, &c. ignorat propria merita. Major est Belarmini. (g) Minor in confessione est. Hinc nervose Cassianus (h) ait: Quod de alio non ita dicatur ut est, etiam si honor videatur injuria est.

#### XXXVII.

**E**ant nunc Jesuite & urgeant nos captioso illo Sophis. mate, quo Sophista quidam referente Cœlio Noctium Atticam (i) e Platoni Diatriba Diogenem urrit: Quod ego sum id tu non

tu non es. Nos cum Diogene d. l. dicimus: Anobis incipite, & vera erit haec conclusio: E. Papistæ non Lutherani sunt in Sanctos injurij. Ita scilicet Sextus Roscius (a) hi am erito (b) Cicero accusatus Parricidij, Titum Roscium partati convicit hanc idij. pro Sexto Roscio.

#### XXXVIII.

**N**Ossic, ut vim vi illidamus inferimus. Qui à S. Maria non tantum intercessionem, sed etiam liberationem a malis temporalibus & eternis flagitant, illi Idolatriam committunt. At Papista à S. Maria non tantum intercessionem, sed etiam liberationem a malis temporalibus & eternis flagitant. E. Idolatriam commitunt. Major constat ex Definitione Idolatriæ, quam necessario non requiri ut Divinus cultus exhibetur creaturæ tanquam Deo, sic ostendo: Avarus confidit in Divinitate non tanquam in Deo. Avarus est idolatra. (a) E. Quidam qui est ido (b) Eph. 5. 5. lolatra non confidit in Divinitate tanquam in Deo. Conf. Th. 28.

#### XXXIX.

**M**inorem nobis largitur Bellarminus (b) quando hunc (c) l. 1. de hymnum ab Universa Ecclesia decantari refert: ss. Beat: Maria Mater gratiae, mater misericordie. Tu nos ab hoste protege in hora mortis suscipe. Carolus Carafa Episcopus Aversanus non ubiq; sanus (c) liberationem ab hostibus religionis Mariae tribuit. Jesuita Salmero (d) Mariam pro adjutrice Christi in opere Redemptionis habet inquiens: Maria fletit sub cruce, prefatione ut esset adjutrix liberationis & corredemptrix. Mariale Argentinum publico decreto Anno 1493. editum (a) hæc (d) Tom: blatit: fuit Dominus cum ea [Maria] & ipsa cum Domino in eo (b) tract: dem opere Redemptionis. Mater misericordia adjuvit Patrem (a) l. 1. e. s. misericordiarum in opere nostræ salutis. f. 13.

#### XL.

**Q**uam protervam impietatem vel solus Esaias c. 63. v. 3. contundere potest. Quod oraculum quia ridiculè detorquetur in Mariali Argentino noto hic ( ). Exclusivam Solus torcular calcavi (2) Negationem non vir mecum fuit.

Fuit. Ubi vir per Hebræam literaturam ob præpositio-  
nem particulæ non non sumitur Distributivè pro sexu Ma-  
sculino; Sed collectivè pro utroq; ut ita non vir significet ne-  
minem, Exodi 10. v. 23.

## XLI.

(b) Sessione 4. (a) Matth. 4. 6. 5. S. Maria  
**S**uffragatur Argentinæ protervitati & Vulgata versio à  
Concilio Tridentino (b) Canonizata, que Gen: 3. v. 15.  
pro Masculino ipse substituit foemininum ipsa. Quod au-  
tem Nicolaus Jansenius ordinis Predicatorum Monachus exci-  
pit, perinde esse sive legatur ipse, sive ipsa, modo hic pro-  
trudatur sensus: *Maria caput serpentis contrivit virtute filii,*  
*merum opium est.* Quæ vis consequentia? Maria genuit  
filium, qui contrivit caput Serpentis. E. Et Maria con-  
trivit. *Vah quam scienter!* Cur non sic? Maria genuit fili-  
um qui fuit in pinnaculo templi. (a) Ergone & Maria.  
Estne Maria pro nobis crucifixa, quia genuit filium qui est  
crucifixus? Rapiendus est hic importunus. Monachus & feru-  
lis Logicis pro inscitia tractandus!

Membri  
V. xvi. 2.  
y. & Iesu-  
vitarum  
detegit.

## MEMBRVM V.

### XLI.

**V**T Romana Meretrice Spirituale adulterium in cultu cœ-  
litum conspicuum à se amoliatur, varia conquirit,  
quibus tanquam sudarijs os suum abstergat &  
ceum mino frontem illiniat. Negant se Cultum Religionis  
Christophoro Utopicō & S. Maria impenitendo committere.  
Idololatriam (1) quia eos colunt non cultu largéas, sed il-  
lum delectas, hanc impudentias; (2) non ut honorum Largitores,  
sed ut Intercessores. (3) Cultu quidem Divino sed non tanquam  
Deum (4) Non tanquam Mediatores Redemptionis, sed ut  
Intercessionis. Hæc sunt præcipua ipsorum evanida phar-  
maka, quibus ex Idololatriæ Camarina impune volunt elab-  
bi. At:

Qui

Qui male distinguit non bene, crede, docet.

### XLIII.

**R**espondeo ad (1) Stylo scripturæ inter largéas & Reli-  
giosam delectas tantum esse discriminem quantum inter  
ensem & gladium Thesi X est ostensum. Confer Gal. 4. 8.  
Ergo qui Creaturis impendit delectas impendit & largéas.  
Ergo cuius est impudentia illius erit & impudicitia. At S. Mariæ  
est impudentia Ergo etiam impudicitia (2) Quem colunt cul-  
tu delectas & non largéas illū colunt cultu sine cultu. (largéas  
enim Græcorum notat cultum Latinorum) At Papistæ san-  
ctos colunt cultu delectas & non largéas. Ergo sanctos co-  
lunt cultu sine cultu. (3) Quo cultu colitur Christus se-  
cundum Divinitatem, eo colendus est secundum Humanita-  
tem (Synodus Ephesina Can. 8.) At Christus secundum Divi-  
nitatem colitur cultu largéas. Ergo eodem secundum Huma-  
nitatem colendus est. (4) Distinctionem inter largéas &  
delectas sensu Augustini omnium primi illius Autoris admit-  
to. Augustinus enim Cultum Generaliter distinxit in ra-  
reas Religionis & delectas charitatis, non verò more Papistico  
specialiter cultum Religionis in largéas & delectas dispescuit  
(a) inquiens: Colimus sanctos cultu non Servitutis, sed Honoris. (a) Temo-  
Provoco ad Tribunal Syllogisticum. delecta Augustini non  
est Cultus servitutis. delecta Pontificorum est cultus servitutis. E. Manicha-  
delecta Pontificorum non est delecta Augustini. Quo te, Mari, pe-  
des? Turpe est cum Sofia ibi fugere ubi maximè pugnandum erat.

### XLIV.

**R**espondeo ad (2) Concilium Tridentinum Ses: XXV. a-  
gnoscente Leonhardo Lessio (b) Sanctos invocando docet ut de Jure  
Intercessores & Auxiliatores. (2) Qui non opitulantur o-  
mnibus æqualiter illi sunt Opitulatores. (saltē inæquales)  
Sancti non opitulantur omnibus æqualiter. (c) E. Sancti (c) Salme  
Diff: VI  
Tomo XI  
pag: 462

## XLV.

**R**espondeo ad (3) Si Valentianus tempore Synodi Nicæna vixisset, Nestorium à Synodo Nicæna (d) Idololatriæ datum hoc argumento speciosè purgasset: Qui Divinos honores non impendit alicui tanquam Deo, non est Idololatra (e) Nestorius impendendo Divinos honores Christo, non impendebat ei Divinos honores tanquam Deo. (Constat enim ex Actis Syndi Ephesinæ (a) eum noluisse Sanctam Mariam vocare Deiparam) E. Nestorius non fuit Idololatra. (2) Num Aaron Ex 32. v. 4. Divinum honorem vitulo aureo tribuit tanquam DEO? nimis stupidus fuisset si non intellexisset Deum alius esse quam aurum. Confer. Thes. XXVIII & XXXVIII.

## XLVI.

**R**espondeo ad (4) Etiam Christus est Mediator Intercessoris (b) (2) Mediator est unus (c) & quidem ita unus sicut Deus est unus. E. si he distinctionum quisquilijs est unus. (3) Nobilissimum animæ antidotum, est effectum Redemptionis. Lac Marie & sanguis Filii sunt nobilissimæ animæ antidotum. Ergo Lac Marie & sanguis Filii sunt effectum Redemptionis. Ergo & Maria Redemptrix? Minorem evincimus ex Idololatrico Carmine (secundum judicium Jesuítarum Nicolai Jan. in Jubilo Romana sedis Missionarij, & Adami à Contzen (d) valde pio) quod in Amphitheatro honoris (e) habet Jesuíta Carolus Scribanus x̄r̄ avyq̄apua CLARUS BONARSCIUS, dictus.

Hereo lzc inter meditans interq̄ Cruorem.

Inter delicias uberis & lateris  
Rem scio, prensabo si fas erit ubera dextrâ  
Lævâ prensabo vulnera si dabitur  
Lac Matris miscere volo cum sanguine Nati  
Non possum antidoto nobiliore frui.

Ubi (1) Poëta dubius est an Lac Maria vel sanguinem Christi debeat apprehendere (2) Majoria affectu apprehendit lac

Mariae

Maria quem sanguinem Nati (3) Utrumq; miscet, ut scelus admissum expiet.

## MEMBRVM VI.

### XLVII.

Quoniam Papistæ non uni solent fidere antro, Cultum Coelitum numerosis præstruunt anfractibus. Non vacat hosce anfractus vapidos sigillatim perlustrare, nec in specialibus erratis castigandis enixius laborare. Totam rem Canonico conficiemus compendio.

1. Posito Patrum Limbo, uno istu ruunt allegata ex Veteri Testamento. ea de invocatis in limbo nō invocabantur ergo et probante
2. Abeo quod uni est proprium ad id quod commune est omnibus non valet Consequentia. Ratio. Quia singularis quibusdam facta revelatio, non est communis cognitionis affirmatio.
3. Qui Deum omnia videntem videt, non mox omnia videt. Patet id Exempli Angelorum, qui Deum vident (a) neque tamen in Deo diem Extremi Iudicij vident (b). Aude tu considerare Papam Rome, Viennam videre, quia videt solem collistrantem Viennam. Ergo posito Trinitatis speculo cadit & Dei revelatio, & Angelorum Sanctorumq; relatio. Unde sequitur falsum esse Cœsti (c) effatum, in Scriptura non confirmatum, (d) Enchiridion Vener. SS. nec ab alijs Jesuítis approbatum. Nempe Sanctos in Divina Essentia ceu in speculo omnia videre.
4. A negatione Rei, ad negationem Modi valet Consequentia. Ergo qui Cognitionem non probat, in cognitionis modo frustra disudat.

5. Huic collectioni: Sancti non sunt ridendi, sed honorandi, ergo adorandi, deest Dictum De omni. Recte B. Augustinus (a) Honorat omnis qui adorat, non adorat omnis qui (a) Continetur: Ari-

honorat. an: c. 230

6. Ab Adoratione ad adorationem Religiosam non valet Consequentia.

7. Sancti pro nobis orant. Ergo sunt invocandi. Pro-

positio Major non est Catholicè vera: nam Dives Epulo pro fratri.

(b) Euc. 16. bus orabat (b) Patriarcha in Limbo & anime in Purgatorio teste

24. Bellarmino (c) Orant pro Ecclesia. Neq. tamen Epulo à fratribus,

(c) Lib. 2. Patriarcha ab Ecclesia, &c. anima Purgatorij à viventibus invo-

do Purg. e. 15. cantur.

8. Distinguendum est inter amicam vivorum Compella-

tionem & religiosam mortuorum Invocationem. Argumentor:

Invocatione Sanctorum religiosa in V. T. non fuit usitata. Compel-

latio viventium in V. T. fuit usitata. E. Compellatio viventium

non est religiosa invocatione Sanctorum.

9. Privata Patrum Conjectura, non debet abiit in pu-

blicum dogma.

10. Discernendum est inter Patres secundum statas. Er-

go Patres qui floruerunt post Idolatriam natam nihil probant. Er-

go extra Scripturam non extendantur, sed piè exponantur, corum

incommode dicta.

11. Distinguendum est inter Patrum sententiam Pro-

(a) Dialogopriam & Figuram. Vnde Theodoreetus: (a) Que in Ecclesia pane-

3. gyricè & Declamatoriè dicuntur, non constituant Dogmatū Regulā.

(b) Haref 12. Diligenter notandum est hoc Epiphanij (b) iudicium

79. de Cultu Coelitum: Que Scriptura de hoc narravit? Quis

Prophetarū precepit, Hominem adorare, nedum Mulierē? Ludibriū

est tota res & anicularū fabula, tota hujus heresis tractatio. Sit in

honore Mariae: Pater, Filius & Spiritus Sanctus adoretur: Ma-

riam nemo adoret, non dico Mulierem, imò neq. virum. Deo

debetur hoc Mysterium. Neq. Angelici capiunt talēm glorificatio-

nem. Deleantur quæ male scripta sunt in corde deceptorum, tolla-

tur ex oculis cupiditas ligni. &c. Coetera, quæ de-

sunt, ad ipsam mittimus Disquisicio-

nem.

Gloria sit Domino, qui dedit ista. Satis!


THEMATVM  
 PHILOSOPHICVM  
 FAS LUS.  
Ende

IOHA  
 p.t  
 MELIC

i gratiâ  
 DE  
 KUZERA,  
 osenbergen:  
 premo

FINCTORIUS,  
 ion. ad diem  
 publicè  
 endet,

in  
 mnasi Acroasi  
 uperiori.



TSCHOVIAE,  
 E Typographeo BREVERIANO, Anno 1644.

Imag' brevi copiori Petropoli, 39 annis etiam p  
 ntimus & minimis peccatis, & praeceps doctoris Evangelij gressu elegantius  
 sis exponit trii vobebus.

In quis est ingenio & lumen proficentis imago  
 Qui sonum pueri me, quem fero dulce dedit.  
 Qui puer hunc & has, unde incolat tanta Gigantis  
 Epigni pueri culiculene potest omnes.  
 Omibus in terris pavus puer iste induxit  
 Quo commun' est tote frangere in orb' init.  
 It in opus & bonis ne fint a corpore, forces  
 Qui pueri populi fere per ora solvunt.  
 Cur formam ingrediuntur tunicae per marmora ponti  
 Arboris rupras molevescellisque?  
 Formans, quod callo pernixim intellige munimus,  
 Ille animis fructet locas pesca. p. s.  
 Actus mitraline nisi sanctus intellige verbum,  
 Robus in regis arce pia corda regit.  
 Haec etenim in fronte sacerdos hoc lata. per ignis  
 Pro asti mortuorum, grande doceamus opus.  
 Quicquid tamquam hoc actus, quin deinceps montica seru.  
 Quicquid sibi unius lignis pise, placenta melit.  
 Cesta pisi nungnus deponit alimenta ministri.  
 Quicquid deo figurit, servat aliq' p. 2 v. 5.  
 Consignis insignis cana. puer illi Senectas  
 Secundus occulta qui facie monstrobat ihos.  
 Zos transmissa reperi ventura. oracula & si  
 Significat exatos, qui ceterum, Senectas.  
 Cucade o' tropes, tunc & puer optime & ho  
 Necum habita, tamen vixere, Sordidus.

quotidie: & tamen Virulenti homines non tantum ex ad-  
versariis, sed etiam falsi fratres. *qui nobis* cum se sentire ajunt,  
mea scripta & d  
adferre & allegar  
diente, etiam i  
virus suum meo l  
sub nomine deci  
post obitum meu  
dere, dum adhuc  
boli ora obstrue  
pote Venenatorun  
re volunt, quid i  
stra etiam minutissi  
vent. His erg  
Ira DEI, quemad  
fime Iuvenis, quam  
quanta quant a Tua  
illa tribuo: Ut adeo  
Patrie, in cuius sola  
quevis de Te, pie iati  
simus, SZIRMAYO  
lui dilectissimi, spe  
certamine incitati, c  
optimarum rerum ca  
gentia consiliaris, &  
vi diu & sospites in to

Scribebam in Acad  
7. Febr. Ac

Vester omni fide  
**IO. FRID. MAYER, D.**

S. Reg. Maj. Suec. Consiliarius in Sacris Primar  
& Acad. Reg. Vice Cancellarius.

643  
Anf.

643  
apliciter contra me  
te, vidente, & au  
docere, & volunt  
seros homines meo  
id ergo bone DEUS  
n ad omnia respon  
onodo omnia Dia  
desertim eorum (ut  
udire, nec attende  
ti sunt, ut verba no  
ervertant & depr  
ideat, & tandem  
Tota autem, Nobilis  
tripisti, Exercitatio  
prater Censuram, in  
ine magis an officia  
gratulari, & fausta  
le Tuae emulo felicissi  
. Agite ergo, Fi  
laudis & industrie  
gloria, quod etate  
re & ex animis sen  
a que ac utilia sal  
demobeat. Valete.

Disquisitio Publica

# HISTORICO-THEOLOGICA

Quæ

HODIERNAM  
ROMANAM  
ECCLESIAM

Occasione illius

*CHRISTOPHORI MAGNI*

nec non

CORONÆ B. VIRGINIS MARIAE  
horrendæ Idololatriæ convincit.

quam

Bonorum & Malorum non occulto, sed aperto  
examinis submittit.

JOHANNES KUZERA,  
p. t. Gymnasij Rosenberg: Director.

RESPONDENTE

Georgio Vaidá Lőveiensi Hungaro. Die 4. Jun:  
Horis promeridianis & pomeridianis.

16.

LEUTSCHOVIÆ,  
Typis Laurentij Breveri. Anno C. 1643.

Anam